

G.a
4114





MARTINI HANKII
VRATISLAVIENSES
ERUDITIONIS
PROPAGATORES:

Id est,

VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM
PRÆSIDES, INSPECTORES,
RECTORES, PROFESSORES, PRÆCEPTORES,

TABULIS CHRONOLOGICIS

comprehensivis,

Ab Anno CHRISTI M. D. XXV. ad M. DCC.
Cum ANNOTATIONIBUS & tribus INDICIBUS.

L I P S I Æ,

Sumptibus **CHRISTIANI BAUCHII,**

Bibliopole Vratislaviensis.

M. DCC. L.





I. **S**implicem in Modum, qui commodus Historicis, Chronologis necessarius est, Oculis tuis, Lector Benevole, subijcimus omnes, quos diligentior Investigatio reperire potuit, Statu, quamvis non Ortu, VRATISLAVIENSES, qui Consiliis, Curis, Laboribus, intra Silesiorum primariam Urbem, Vratislaviam, egerunt ERUDITIONIS, ad Virtutis, & ab ea dependentis Salutis communis, partim Stabilitamentum, partim Augmentum, per Scholas publicas, Posteris transmittendum, PROPAGATORES.

II. Hosrepraesentamus, non ab ultima Literarum Origine, quas Vratislaviensium Civitas, post Silesiorum Errores Paganos cum Christianis Sacris Anno DCCCC. LXV. permutatos, primum attingit, sed ab emendato Saeculi superioris Habitu, qui jacentibus ingenuis saluberrimisque Studiis, ad nobiliorem Culturam erectis, suum restituit Decus: id est, ab Anno M. D. XXV.

III. Tum enim Vratislavia quoque Scholas suas, Ingeniis Eruditionem aut consecutis, aut consecuturis, se magis magisque proferentibus, in melius disponebat. Eas generale *Scholarum* Nomen omnes diu manebat unum: quò cunctas & Humaniorum, & Severiorum Disciplinarum Officinas, itaque, non Humiliores tantum, verum etiam Celsiores Scholas designari cum posse, tum solere constat.

IV. Quare, cum magnum inter *Scholas* Discrimen sit, Aestimatio subtilior ita potiores à vilioribus segregat, ut illis, vel *Academiarum*, vel *Gymnasiorum* imponat: his, quasi proprium, relinquat *Scholarum* Nomen. Quia verò ne sic quidem, tum *Academiarum*, tum *Gymnasia* possunt effugere, quod utrisque communissimà Notione convenit, Scholarum Vocabulum: ideo levioris Momenti *Scholas* Cognomine *Triviales* vocare jam dudum Consuetudo justit: seu, quoniam *Triviale* dicitur: quic-

quid *Vulgare* judicatur, seu potius, quoniam in plerisque minoribus Scholis sola Juventuti *Grammatica, Logica, Rhetorica* proponitur. Nam intra Scholas hoc *trium Artium* Consortium *Trivium* (sicut *omnium & Artium, & Scientiarum Societas Unversitas*) Scriptoribus Latinis recentioribus dicitur.

V. SCHOLIS VRATISLAVIENSIBUS dispar, ut *Conditio*, sic *Appellatio* contigit. ELISABETANA, cum Anno M. D. XXV. ageretur, non tantum Artes plures, quam tres, verum etiam *Scientias*, etsi non omnes, tamen utiliores discitentibus arripiendas exhibebat: quas, primum intra Sexennium, inter Collegas, unus luris & duo Theologiae Doctores, illis Temporibus rari, tradebant. Ex eo Titulum SCHOLAE, quamquam non *Trivialis*, retinuit ad Annum M. D. LXII. quò meliorem in Formam redacta Nomen GYMNASII subibat. Id etiam Schola (post Annorum LXXX. Intervallum) MAGDALENÆ, Doctrinis & Doctrinas proponentibus auctior: NEAPOLITANA verò nunquam obtinuit.

VI. Rectè quidem Sapientes, ubi Res non Damnum Veritatis patiuntur, aut nullum, aut exiguum in Vocibus Momentum ponunt. Quare sunt, qui non semper aliorum Vestigia prementes, *Academiam* quandoque *Gymnasium*, & *Gymnasium* quandoque *Scholam* nominant. In Exemplum nobis occurrit Iacobus Philippus TOMASINUS, Episcopus Italus, cui Patavinorum *Academia* est *Gymnasium* in Libris, quibus hoc descripsit: & Stephanus CURCELLÆUS, Theologus Belgicus, cui Davides BLONDELLUS est Amstelodamensis, non *Gymnasii*, sed *Scholae* Professor, in posthumo ejusdem Opusculo de Romano Pontifice Iohanne VIII.

VII. Tamen quibusdam Stimulis moti sumus, ne Curam Nominum, quibus, ut honoratoribus, Vratislavienses Scholae

potiores indicantur, penitus abjiceremus. Primum, ne justò plus immemores Morum Sæculi nostri haberemur: quò dissolutior & invecundior plurimorum Genus solis Res Titulis, non Titulos Rebus censet: ideoque minus his, quam illis oblectatur. Non enim committere volumus, ut obstinatò Simplicitatis Studiò iis aut Risum, aut Iram moveremus, qui Placitis suis vel nimium, vel multum; contrariis vel nihil, vel parum indulgent. Deinde, quia per *Scholam* plerumque non alia, nisi quæ *Trivialis* est, intelligi solet: quæ tamen longè à *Gymnasio*, longius ab *Academiâ* distat: ne videremur quicquam Honoris subtrahere Viris, præsertim excellentioribus; qui suas in Vratislaviensibus Scholis Personas, supra cæteros laudabiliter olim egerunt, & adhuc agunt. De quibus ideo parcius dicere cogimur, ne liberalius de nobis ipsis loqui credamur. Nos igitur (pro aliis sollicitos, de nobis securos) ubique Nominum dissimiles Notas, quas Scholæ Vratislavienses pro diversis Ætatibus gesserunt, tanquam Leges, observasse non mireris.

VIII. In nostris VRATISLAVIENSIBUS ERUDITIONIS PROPAGATORIBUS, Sede primâ reperiuntur, cæteris partim ob Dignitatum, partim ob Meritorum Magnitudinem anteposendi SCHOLARUM PRÆSIDES, quorum aut Duo, aut Tres ad Annum M. DC. XVIII. postea semper Quatuor fuerunt. Horum præcipuus quondam erat Ipse CAPITANEUS, quem VRATISLAVIENSIS, non CIVITAS solum, sed DUCATUS etiam Gubernatorem habuit, singulis Annis mutabilem. Is, post Annum M. DC. XXXV. Successores fixos accepit, DUCATUI, non CIVITATI, præpositos Equites, Barones, Comites. Sic mutatâ Regiminis Vratislaviensis per Regiam CÆSARIS Autoritatem Formâ, semper Ille, qui COLLEGIO SENA-

TORIO, itaque CIVITATI perpetuus, simul SCHOLIS, & perpetuus, & summus fuit PRÆSES: plerumque Senex, supra cæteros Senatores consummatis Experientiæ longioris Dotibus eminentis. Reliqui SCHOLARUM PRÆSIDES, quotannis ex Senatoribus, Partem maximam Superioribus, usque tum Scientiâ, tum Prudentiâ præsignibus, ordinario Cinerum Die, in Annum proximum, aut eligi, aut confirmari solent: nisi quod semel iis pro Senatore SYNDICUS, post Annum M. D. LXVI. per continuos septem Annos fuit additus.

IX. Eâ seu Legis, seu Consuetudinis Observantiâ SENATUS Inclutus per tam multos Annos evidenter patefecit omnibus, quò Iudiciò, quò Affectu præsequendas censuerit SCHOLAS: illas publicè cum ERUDITIONEM, tum VERTUTEM, partim tradentium, partim capientium Societates: quibus adeo spectabiles, adeo selectos dedit PRÆSIDES: hoc est, optimarum Rerum, non ad Juventutis tantum, sed Posteritatis etiam Literas Moresque pertinentium Directores, in Utilitates maximas, quibus Provincie, non Urbes solum, beatantur.

X. Horum, feris etiam Nepotibus venerabilium Nomina, & ab omnibus Additamentis nuda, & sub Verborum Romanorum Formam redacta nominamus: quorum prius inculpabile, posterius excusabile iudicavimus.

XI. Nam, in Honoris Documentum, addere quicquam Nominibus, huic Operi neque Scopus, neque Dispositio permittit. Ideoque Chronologia nostra suo Jure sic Præsides, Inspectores, aliosque Viros exhibet, quemadmodum Cæsares, Reges, aliosque Proceres Genealogia recenset.

XII. Ac

XII. Accedit huc, quod laudabiles Vratislaviensium Scholarum PRÆSIDES ne sic quidem Exiftimationis, quam merentur, læcturam faciant. Etenim, ut de viventibus nihil proferamus, quorum Splendor cuique patet: mortuos, etsi dudum Vita, nondum Fama deferuit: quorum Res ad Gloriam notabiles doctioribus Antiquitatumque patriarum curiosis Capitibus sola Nominum Repræsentatio renovat intra Memoriam.

XIII. Neramen in Silesiorum, maximè Vratislaviensium aut Terris, aut Historiis Hospes, plura de Vratislaviensium Scholarum PRÆSIDIBUS cognoscere cupiens, ignoret nobiles Familiarum Characteres, Prædiorum Possessiones, Munerum Functiones, quibus extra Senatoriorum Officiorum Cancellis præfuerunt: huic Desiderio serviet Tabularum nostrarum primus Index.

XIV. Præterea Styli, quem adhibuimus, Latini, quo purior, eò jucundior Indoles non tulit Nominum aut Terminationem, aut Connexionem, quæ delectatur extræ Lingvæ Proprietas.

XV. Nos quidem non præterit, reperiri, quos ad Dictionis Formam, Germanis, Italis, Gallis receptam flexas conjunctasque Voces in Latinitatem introducere Licentia privata finit: quam in primis Famâ potentes, cum in publicam Libertatem mutant, Exemplum, quod præbent, Imitatoribus in Argumentum convertunt. At enim habemus quoque cognitos Censores acutos, maximè nostro Sæculo frequentes, qui Sermonis etiam, non Iuris tantum, Apices Tribunali subijciunt. Ex quò Reis Sententiam pronunciant: *Elegantissimum Orationis Genus, antiquis Romanis, simul delicatis, simul ingeniosis, usitatum, magnâ Curâ*

semper custoditum, nemini temere subvertendum, in alterius Sermonis Gratiam, præter Necesitatem. Suam Lingvæ curvâ haberi Legem nativam, communi Gentis univervæ Consensu approbatam: quam violare singulis Nefas sit. Romanorum Lingvæ datas Leges non cum Populo exstinctas, in Scriptis adhuc supersites inveniri. Propterea Dictionis Exemplar novum, quod, cum Peregrinitatem induit, Latinitatem exiit, suo Merito statui severioribus monstruosum, mitioribus incongruum, ipsis etiam politis tædiosum Politicis. Certè ab eo, licet innumerabiles Occasiones in proferendis Populorum, Familiarum, Hominum, quorum Mentionem fecerunt, Nominibus adepti, abhorruerunt Scriptorum, non veteres tantum, præter alios, Iulius CÆSAR, & Cornelius TACITUS: verum etiam in recentioribus Germanis, Italis, Anglis, Polonis alisque cordatioribus: ex quibus inter Gallos solum Iacobum Augustum THUANUM allegare sufficit.

XVI. Nos in hoc Judiciorum Divortio, quorum Pars una repudiatur alteram: illa quidem necessarias, hæc autem arbitrarie existimat loquendi scribendique Leges: cum videremus, neutrâ Viâ nos placere cunctis posse, iustioribus parere Iudicibus Æquitas iussit: præsertim ad Sermonis Latini Puritatem Scholis commendandam peculiariter obligatos. Avidis Notitiæ, quis nobilium Nominum per hunc Codicem Iure Civitatis Romanæ donatorum sit Germanicus Tenor, satisfaciet harum Tabularum primus Index.

XVII. Sant Vratislaviensibus SCHOLIS, præter laudatos PRÆSIDES, duo INSPECTORES: inter quos Elisabethano, prior Templo, ut PASTOR: poste-

B

rior

rior Gymnasio, ut RECTOR, præest. Uterque, non tantum Gymnasilij ejusdem PROFESSOR, sed etiam Consilij Scholastici ASSESSOR est. In eo PRÆSIDES, assumtis SYNDICIS, cum INSPECTORIBUS, Literariæ Inventuti Leges salutaris inveniunt, utiles Institutores designant, aliisque Modis ordinarios partim radicescentis, partim maturefcentis, cum Eruditionis, tum Virtutis Statores agunt.

XVIII. Non par omnibus Scholarum Gubernatoribus cæteris Nomen attribuitur: quia Sæculum nostrum Scholis nobilioribus RECTORES, ignobilioribus MODERATORES præficit: consuetudine simili, quâ Doctores superiores, quibus Titulum PROFESSORUM largitur, ab inferioribus, quibus Vocabulum PRÆCEPTORUM imponit, separat. Unde fit, ut in Vratislaviensium utroque Gymnasio reperitur quidam inter Collegas, quem Docentium Ordo primus in *Professoribus* postremum, secundus in *Præceptoribus* primum habet. Eum, magis secundo, quam primo addictum Ordini, quamvis Professoribus non adjunxerimus: quod fieri commodè non potuit: ideo tamen ab iis excludendum non statuimus.

XIX. Cæterum, quoniam *Ecclesias* quidem *Scholas* majores, *Scholas* verò *Ecclesias* minores esse constat: nec à Professoribus, nec à Præceptoribus alienam præstiterunt Operam, qui Doctrinâ suâ consimilem in Modum simul *Ecclesiis* & *Scholis* servierunt. Inter eos, partim exstiterunt, partim existunt, præter Pastorem Elisabetanum, Pastor Magdalenus, Ecclesiastes Elisabetanus, Diaconus Bernhardinianus, Ecclesiastes cum ad S. Barbaræ, tum ad S. Salvatoris Templum.

XX. Plerique, tam Professores, quam Præceptores, in Tabulis nostris habent adscriptam *Patrie* Solum. In eo significan-

do placuit nobis Mos addendi natalem *Silesiæ Urbem* tantum, Exteris etiam *Regionem*. Omnibus, quantum fieri potuit, adjectum præterea, quodnam recepti antea sustinuerint, & dimissi postea susceperint Munus: Fato autem supremo extinctis, cum Mortis, tum Ætatis Tempus: Factis recentioribus, hoc est, Gregorianis usi, quos Silesii jam olim receperunt. Porro, cum Professores, tum Præceptores, suis assignavimus Auditoriis, id est, Docentium & Discipulorum Ordinibus.

XXI. Omnes commemoravimus SCHOLARUM, & PRÆSIDES, & INSPECTORES & RECTORES: non, & PROFESSORES, & PRÆCEPTORES. Omisissorum tamen, quorum Notitia non ad nos pervenit, exiguus est Numerus: ad quem referendi non sunt, qui vacuis Locis abscribi non potuerunt. Nam interdum, etiam per longiorem Intercapedinem, nullos aut dimissis, aut defunctis Successores dedit publica Necessitas, insolentior doctorum Virorum Raritas, Bellum, maxime Contagium: quod Vratislaviam Sæculò superiore quinquies: Anno (I) M. D. XLII. (II) M. D. LXXVIII. (III) M. D. LXXII. (IV) M. D. LXXXV. (V) M. D. XCIX: proximò ter: Anno (I) M. DC. XIII. (II) M. DC. XXV. & (III) omnium vehementissimè, M. DC. XXXIII, afflixit. Quare non est, ut Absentes omnes pro inferendis habeas.

XXII. Illud fortassis subtilioribus Animum Censoribus aut in Admirationem, aut in Solicitudinem convertet: *Cur tantâ Curâ, per singulos Annos, ne Diebus quidem posthabitis, omnia Mutationum, etiam minimarum, Momenta consignando, in Magnitudinem adeo spatiosam extenderit Tabulas nostras: que sub aliam Formam redactæ, quò gracilioris, eò gratioris Brevitatis Opusculum fieri potuissent.*

sent: maximè, quia tenuiores Circumstantie vix paucorum, adeo non omnium Desideriis respondeant: quorum nihil ad Utilitatem interfit, utrum Scientiam, an Ignorantiam teneant Supervacancorum.

XXIII. Ita sentire possunt, quos hujus Codicis & deliberatus Ortus, & intentus Finis latet. Consilium nobis, ad Professionis Munus in Patriam revocatis, erat, nondum satis obvios, nondum in unum Corpus redactos, qui Vratislaviensibus Scholis conservandis, exornandis, perficiendis ordinarias Curas impenderunt, Ordine congruo dispositos committere Literis, non in publicum Historiæ Fundamentum, sed in privatum Memoriae Subsidiū, quod Rebus Officii nostri variis prodesset. Eò pertinebant singulares Annorum, Dierum, aliaque Circumstantiæ, quas subinde Casus ad certiorē pleniorēque Cognitionem plurimis de Causis requirebat, & necessarias demonstrabat.

XXIV. Labor hic Chronologicus nobis fuit Specie primâ lætus, quia credebatur facilissimus: ipso Tractatu mœstus, quia difficillimus deprehendebatur: passim deficientibus Adminiculis. Quò minoribus igitur adjuvabatur Præsidii, eò majoribus nos subiciebat Molestiis.

XXV. Initium ducebat primum ab Anno M. DC. LX: postea celsius ascendere conatus, ab Anno M. DC. XXX: tandem à Sæculi, quod nuper finivimus, Principio: id est, ab Anno M. DC. I. Istis jam diu adhæserat inclusus Spatiis, cum nos Cupido subiiit, huic in præteritis proximam adjungendi Sæculum. Ita fiebat, ut Caput sibi faceret Annum M. D. XXV: quo Literaria Res intra Civitatem Vratislaviensem conspectiore Successu in Scholis, post damnatam ejectionem Barbariem, Incrementa cepit. Multis & Curis, & Annis continuatus, in Pensò, quod Annum

M DC. XXX. præcedit, duriores Vices passus, nihilò fecius ad ultimum eluctatus, ita, quemadmodum jam est, abolutus, si quem admiserit Errorē, quem felicior Industria detegere valebit, certè non ideo, quia non Gratiam, non Veniam merebitur.

XXVI. Totus, nostrâ Sententiâ, non nisi MStus, Gymnasio relinquendus erat Elisabetano, cui Partem Vitæ primam in Discipulis, per XII. Annos: potiorē inter Docentes, jam in XXXX. Annum: itaque plus, quam dimidium Sæculum impendimus. Quodnam, Posteritati commissus, apud eam subiturus esset Factum, nos minimè sollicitos habebat.

XXVII. Sanè, Volumen hoc frequenter aliorum etiam, non solis Usibus nostris serviens, domi semper latuisset, nisi per opportunas Occasiones Amicis non nullis apertior liberaliorque Familiaritas reddidisset cognitum. Hos enim Propositum nostrum Adversarios experiebatur, id deserendum judicantes: non inanibus Stimulis, sed validis Argumentis Suafores, ut in privato retinendam, in publicum dimitteremus hanc Scripturam.

XXVIII. Rationum erat Summa, quibus incitabamur: *Tabulas nostras omnino plurimis Viris eruditissimis oblaturas multiplicem, aliis lucunditatem, aliis etiam Utilitatem: sicut non extra Silesiam, tamen intra eam, certè intra Vratislaviam. Etenim Vratislaviensium, inò Silesiacarum Antiquitatum curiosiores Amatores habituros, quale nunquam in Lucem prodierit, Compendium: ex quò, tanquam communi Fonte, posint, & distinctim, & statim haurire varias Rerum ad Historiam Literariam facientium Notitias. Primum, quibus Annis, & quas in Scholis suis Mutationes Vratislavia senserit. Deinde, quos in Docentibus quisque vivus, non Antecessores tantum, sed Collegas etiam: quisque mortuus*

Success-

Succeffores habuerit. Tum etiam, quos in Difcentibus quisque Duces Studiorum Morumque fuorum audiverit: quorum Memoriae fepe magis & Viros, & Senes, quam Praefentia vel Pueros, vel Juvenes oblectet. Porro, Divinae Providentiae Contemplatores agnituos, quemadmodum in Viris Inventuti praefectis, quamvis praecellentioribus, inter Initia, Sors humiliorem attribuerit Locum, quibus denique Virtus celsiorem contulerit sedem: quemadmodum eos etiam Theologos, Iurisperitos, Medicos esse, tandem opportuna monstraverit Occasio. Praeterea, quemadmodum Mors, aliis, quamquam minoris Etatis Alacritate florentibus, praematura venerit: aliis, quamquam inter Labores continuos defatigatis admodum diu pepercerit. Ad haec, omnium Memorabilium Observatores particularem Indicem reperturos, quot & quae Capita duobus propemodum Saeculis (quibus passim Locorum elaboratorum Sapientia Vires suas Publico fecit cognitatas) intra Crivitatem Vratislavienfem non praesuerint tantum, sed profuerint etiam Studiis eorum, per quos in Silesiorum aliorumque Populorum Provinciis amplior meliorque prodierit erudita Felicitas.

XXIX. Hac opposita Proposito nostro subverterunt denique Constantiam. Ita cessimus Desideriis Amicorum, speciatim eorum, quibus Descriptionis Onus, quod alioquin erant susceperunt, non parvum existimabant. Ita, quos intueris, Lector Humanissime, VRATISLAVIENSES ERUDITIONIS PROPAGATORES, Manu emissos, in Libertatem abire, magis permisimus, quam iustissimus.

XXX. In tot Viris, supra ceteros Meritis excellentibus, qui non vulgares Linguarum, Artium, Scientiarum, in Scholis Vratislavienfibus Doctores fuerunt, maxime, qui per Libros publicatos Aëvo suo futuroque partim Salutem, partim Famam in majus provexerunt, VITAS his Tabellis, (quas subnectere cogitabamus) non invenies additas: Operi, quò ERUDITOS SILESIOS, & intra SILESIAM EXTEROS, si DEUS voluerit, proferemus, reservatas. Ideo tamen vix erit, cur omnem Liber hic desperet Favorem. Nam, quorum Corpora desideramus, interim, dum conspiciamus, eò magis Umbra nos delectat. Vratislaviae Silesiorum, Calendis Februariis, Anno CHRISTI M. DCC. I.

ANNOTATIONUM PARS II.
DE SCHOLA ELISABETANA.

I. **T**emplum Vratislaviense, cui sancta ELISABETA Cognomentum dedit, antea Ligneum, Anno M. CC. LIII, à primis Fundamentis lapideum extrui coeptum, Annis IV, Mensibus VII, absolutum, etiamnum stat. Id quidem, Anno M. DC. XLIX, sub Aetatis Exitum, tribus Columnis repente collapsis, grandem Ruinam, propemodum in Medio, patiebatur: sed tamen Integritati restitutum, Anno M. DC. LII, sub Veris Adventum, iterum frequentabatur.

II. In hujus Templi Coemeterio SENA-

TUS POPULUSQUE VRATISLAVIENSIS, Anno M. D. V. ponebat Domicilium: quod, pro Temporum illorum Statu, parva Docentium & Difcentium Societas in SCHOLAM ELISABETANAM convertebat. Hac, cui Moderator Anno M. D. XX, Andreas WINCKLERUS, Islebiensis Saxo, Philosophiae Magister, praeficiebatur, quos, ab Anno M. D. XXV, ad M. D. LXII, PRÆSIDES, INSPECTORES, RECTORES, PROFESSORES, PRÆCEPTORES habuerit, TABULA CHRONOLOGICA, quae subsequitur, indicat.

Vratislavien-

V RATISLAVIENSIVM SCHOLARVM

SCHOLÆ ELISABETANÆ 7-

AN.	PRÆSIDES	INSPECTORES		PROFESSORES		PRÆCEPTORES		
		PASTOR	RECTOR	IN ORDINE I.		IN ORDINIBUS CÆTERIS.		
		I.	II.	III.	IV.	I.	II.	III.
1525	Hieron. HORNIGIUS, CAPITANEUS. Achatius HAUNOLDUS.	<i>Ambrosius</i> MOIBANUS; Vratisl. Theolog. D.	<i>Andreas</i> WINCKLERUS, Isleb. Saxo, Philos. M.					
1526	Achatius HAUNOLDUS, CAPITANEUS. Hieron. HORNIGIUS.							
1527								
1528	Achatius HAUNOLDUS, CAPITANEUS. Hieron. HORNIGIUS. †. D. 12. Novemb.							
1529	Achatius HAUNOLDUS, CAPITANEUS. Sebastianus MONAVIUS.							
1530				<i>Johannes</i> HESSUS, Norimberg. Theolog. D. Pastor Magdal.	<i>Johannes</i> MECELERUS, Vratisl. I. II. D.			
1531								
1532	Achatius HAUNOLDUS, CAPITANEUS. † D. 5. Jan. Sebastianus MONAVIUS, CAPITANEUS. Nicolaus IENCKWICIUS.				<i>Ad D. 10. Febr.</i> Postsesenator. <i>Caspar</i> WEIGLERUS Vratisl.			
1533	Nicolaus IENCKWICIUS, CAPITANEUS. Johannes MECELERUS.							
1534	Johannes MECELERUS, CAPITANEUS. Nicolaus IENCKWICIUS.							
1535	Nicolaus IENCKWICIUS, CAPITANEUS. Johannes MECELERUS. Iohan. MORENBERGERUS.					<i>Balthasar</i> NEANDER, Boleslaviensis, Philos. M.	<i>Bonaventura</i> ROSLERUS, Vratisl. Philos. M.	
1536	Nicolaus SCHEBICUS, CAPITANEUS. Johannes MECELERUS. Iohan. MORENBERGERUS.							<i>Hadrianus</i> ALBINUS, Lauban. Lusatius.
1537	Nicolaus IENCKWICIUS, CAPITANEUS. † D. 5. Jun. Anno Ætatis 51. Johannes MECELERUS. Iohan. MORENBERGERUS.							

8. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM

SCHOLÆ ELISABETANÆ

An.	PRÆSIDES	INSPECTORES		PROFESSORES		PRÆCEPTORES					
		PASTOR	RECTOR	IN ORDINE I.		IN ORDINIBUS CÆTERIS.					
		I.	II.	III.	IV.	I.	II.	III.	IV.	V.	
1538	Nicol. SCHEBICIUS CAPITANEUS. Ioh. MECELERUS † Die 2. Octob. Anno Ætatis 34. Ioh. MORENBERG.	Ambrosius MOISANUS	Andreas WINCKLER	Johannes HESSUS.	Caſpar WEIGLER.	Balthaſar NEANDER	Bonaventura ROSLERUS	Hadrianus ALBINUS	Valentinus JESCHICIUS Eccleſiaſtes ad S. Bar- bara.		
1539											
1540											
1541	Albert. SAUERMAN. CAPITANEUS. Ioh. MORENBERG.							Officio re- nunciavit Martinus HOFMANN. Philos. M.			
1542	Nicol. SCHEBICIUS CAPITANEUS. Ioh. MORENBERG.										
1543											
1544											
1545											
1546											
1547	Georg. HORNIGIUS CAPITANEUS. Ioh. MORENBERG.			† Die 5. Jan. An. Ætat. 56.						Jeremias VENEDIOR Vratiſl.	
1548											
1549											
1550				A Die 24. Jul. Fridericus STAPHYLIS Oſnab. Weſtph Theol. D. antea Theol. Prof. Region.				† D. 9. Aug. An. Æt. 70. Iohannes FERSIUS.			
1551	Anton. BANCKIUS CAPITANEUS. Ioh. MORENBERG.										
1552				Dimiſſus abiit A Die 14. Jul. Iohannes SCHOLTZIUS Suidnicenſis, Philos. Mag. antea Barthi- phenus in In- garia Theo- logus.						Poſtea ſcribitor Vratiſl. Secretarius A Die 6. Junii, Iohannes SAGRIUS.	
1553											
1554		† D. 16. Jan. An. Æt. 60. A Die 2. Maji Simon MUSAUS, Marchicus.		Eccleſiaſtes, ad S. Bar- bara.							
1555											
1556										Officio re- nunciavit.	

An.	VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		SCHOLÆ ELISABETANÆ									
	PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES		PRÆCEPTORES					
	PASTOR RECTOR		IN ORDINE I.				IN ORDINIBUS CÆTERIS.					
	I.	II.	III.	IV.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.		
557	Anton. BANCKIUS, CAPITANEUS. Joh. MORENBERG. Joh. HUNGERUS.	Simon M <small>IS</small> S <small>US</small> , ad D. go. Jan. postea Ecclesiae Gothanæ Pastor.	Andreas WINCK <small>LERUS</small> ,	Johannes SCHOLT <small>Z</small> .	Caspar WEIG <small>LER</small> .	Balthasar NEAND <small>ER</small> .	Bonav. ROS <small>LER</small> -HOF <small>MAN</small> .	Martinus FER <small>SUS</small> .	Johannes HENR <small>ICI</small> .	Michael		
558	Anton. BANCKIUS, CAPITANEUS. Ioh. MORENBERG. Sigism. PUCHERUS. Ioh. HUNGERUS.			Ecclesia- stes Elia- betanus.	Ad D. 15. April post Diaconus Elisabetanus Zacharias URSEM <small>US</small> , Vratisl.							
559										Adamus MAS <small>CR</small> TI <small>US</small>		
560		A Die 9. Novemb- Maternus ECK <small>ELIUS</small> Francolei- nensis, Phi- losof, M.		Propastor Elisabet. ad Diem 8. Novembr.	Die. 26. Aprilis, dimissus.							
561												

ANNOTATIONUM PARS III.
DE GYMNASIO ELISABETANO.

I. **P**ost hæc in aliam Formam ELISABETANA SCHOLA, bono Fatò suò, transit. Ædificium, quò hæcenus contenta fuerat, Anno M. D. V, conditum, infertis Lateribus ligneum, Colore partim album, partim nigrum, Anno M. D. LX, Die XVII Aprilis, penitus destrui: melius autem, quod etiamnum stat, & multò amplius, & totum lapideum, Die XII Maji, celeriter exstrui cœpit: cujus præparato Solo Fundamenta, Die XVII Junii, feliciter imponerantur. Præfuit huic Operi destinatus à Providentissimo SENATU fidus, industrius, & prudens Director, Johannes MORENBERGERUS, Senator, præclarum in Modum de Vratislaviensibus

Scholis meritis: quarum, per Annos XXXII continuos, fuit PRÆSES. Interea Scholasticis Studiis Habiraculum vicinum Elisabetani Pastoris, Martini ECKELII, convertebatur in Hospitium, dum novum excitaretur Domicilium.

II. Hoc absolutum, Anno M. D. LXII, Die (qui Jovis erat) XXIX Januarii, universus Docentium & Discipulorum Cœtus, prius in Templo Sacris defunctus, sollemniter intrabat. Is postea in ORDINES quinque divisus, quibus singulis peculiare fuit Auditorium, & Professoribus, & Præceptoribus instructor, cæteris Scholis conspectior, ad earum Discrimen, vocabatur GYMNASIUM: post eandem Appellationem, Anno M. DC. XLIII, etiam Scho-

Scholæ Magdalenaë tributam, Cognomento ELISABETANUM.

III. Hoc varias Mutationes, Vicissitudinibus Temporum imputandas, ab Anno M. D. LXII, subiit. Crescentis felicitus Initii faciebat Remoram Pestis, quæ Vratislavienses Anno M. D. LXVIII. affligebat. Anno M. D. LXX, à SENATU in Educationem Literariæ Iuventutis honestam utilemque propensissimo, publicatis Constitutionibus adstringebatur. Has ad ipsius Mandatum, præviis Consultationibus, quibus SCHOLARUM, & prudentissimi PRÆSIDES, & INSPECTORES doctissimi adhibebantur, Petrus VINCENTIUS, Vratislaviensis, Gymnasii Rector, conscripserat. Tum Gymnasium habebat *Collegas* XV: quot *Auditoria*, tot eis respondentes Docentium & Discentium *Ordines*: quorum primus Sex *Professores*: Secundus Tres, Tertius Duos, totidem & Quartus, & Quintus, *Præceptores* continebat.

IV. Is permanebat Numerus ad Annum M. D. LXXXV. Eo decebat Bonaventura ROSLERUS, Professor: cui nemo succedebat. Tum igitur Gymnasium habebat *Collegas* XIV: Ordo primus tantum quinque Professores, ad Annum M. DC. X, quò, Petri VINCENTII, post Nicolaum STEINBERGERUM, Successor, Petrus KIRSTENIUS, Vratislaviensis, Phil. & Medicinæ Doctor, efficiebat Consilii Monitisque suis, ut Gymnasium, & consequeretur *Collegas* XVII, & distingueretur in *Ordines* Sex: quorum Primus Sex *Professores*: Secundus Tres, Tertius Duos, Quartus, Quintus & Sextus totidem *Præceptores* recipiebat.

V. Durabat ea Gymnasii Facies ad Annum M. DC. XVI. quò Successor Petro KIRSTENIO dabatur Thomas SAGITTARIUS, Stendaliensis Marchicus, antea Ienensium in Academiâ primus, præter Logicam, Metaphysicæ Professor, tum Philosophiæ Magister, post etiam I. U. Doctor. Eo Suasore fiebat, ut SENATUS iterum ad Scholarum provehendas Utilitates commotus, Leges Anno M. DC. LXX. editas, renovatis Anno M. DC. XVII. permutaret: quas, ad ipsius Mandatum, Deliberationibus inter Scholarum PRÆSIDES & INSPECTORES præmissis, laudatus SAGITTARIUS consignaverat. Tum habebat Gymnasium *Collegas* XVI: Ordo Primus Sex *Professores*: Secundus Duos, Tertius, Quartus, Quintus & Sextus totidem *Præceptores*.

VI. Is quoque Gymnasii Status non nihil mutabatur Anno M. DC. XXI: quò sublatus è vivis Thomas SAGITTARIUS, Successorem accipiebat Michaëlem POLLIAM, Philosophiæ Magistrum. Tum enim Ieremiæ TSCHONDERI, Professoris, posteaquam Scholæ Magdalenaë Moderator erat constitutus, relinquebatur Locus in Gymnasio vacuus: Quò Facto, ut Gymnasio quindecim *Collegarum*, sic ejus Auditorio primo quinque *Professorum* redibat Numerus: ad Annum M. DC. XLIII re-
tentus.

VII. Etenim, ab Anno M. DC. XVIII, ad XLVIII, miserabilis Rerum per Silesiam Bello turbatarum Habitus, solito plures Vratislaviam, velut ad Bonarum
Artium

Artium Mercaturam, ex aliis Locis, ubi Eruditionis Cultura, vel opprimebatur, vel impediēbatur, migrare iusserat. Per ea Tempora, potissimum Anno M. DC. XLIII, non tantum in Elisabetano Gymnasio, sed etiam in Magdalēnæ Scholâ reperiebatur auctior Discipulorum Numerus. Eò, præter alias Causas, providentissimus SENATUS, quantum in Scholis convenienter dispositis Momentum Reipublicæ positum sit, & intelligentissimus, & observantissimus, ad Scholasticas Constitutiones aliter formandas stimulabatur.

VIII. Hæc solenniter, Anno M. DC. XLIII, Die XXX Aprilis, intra Gymnasium Elisabetanum, Horis matutinis, præsentibus Scholarum PRÆSIDIBUS, non quidem Stanislaw ATCHEUSERO, quem magnò, ut Civitatis, ita Scholarum Damnò supremum Fatum mortalibus Rebus, Die XXII Februarii, eripuerat: neque Theodorico GARTZIO, quem Morbus Domi tenebat, sed Ernesto PFOERTNERO, Henrico REICHELIO, & Caspáro KRETCHMARO, cum Orationem Elias MAIOR, Gymnasii Elisabetani Rector, præmisisset, publicantur.

IX. Eadem Constitutiones, quia Scholæ Magdalēnæ, quam Gymnasium declarabant, Collegis Octo, per quos ab Anno M. D. XXV, ad M. DC. XLIII, Studia Juventutis creverant, Præceptores Duos adiciebant, ex Gymnasio Elisabetano evocatos, eidem relinquebant XIII Collegas: quinque Professores, octo Præceptores.

X. Is Elisabetano Gymnasio Numerus augebatur Anno M. DC. LXXXIX, cum accederet quinque Professoribus Sextus. Tum enim, cum hæctenus Elisabetanus Ecclesiastes, præter Sacram Theologiam, Hebræas Literas docuisset, harum Professionem (quam etiamnum sustinet) in se suscipiebat Andreas ACOLUTHUS, Vratislaviensis, Philosophiæ M. tum Ecclesiastes ad S. Salvatoris Ædem, jam ad S. Bernhardini Templum Diaconus.

XI. Coeterum, per quos intra Gymnasium Elisabetanum, ab Anno M. D. LXII. ad M. DCC. Res literaria profecerit, ostendit Lectori obvius sequentium Tabularum Aspectus.



12. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		GYMNASII					
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES			
An.		PASTOR	RECTOR	IN ORDINE I.			
		I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
1562	Antonius BANCKIUS, CAPITANEUS. Johan. MORENBERGERUS. Sigismundus PUCHERUS. Melchior ARNOLDUS.	Materus ECKELIUS, Franciscianus Philosoph. M. dimitus Die 22. Maji	Andreas WINCKLERUS, Isch. Saxo. Philos. M.	Johannes SCHOLTZIUS, Suidanicus Philosoph. M. Ecclesiasticus Edi- ficatorius. A Die 23. Maji, Pro Pastor.	Rathasar NANDERS, Boleslavianus Philos. M.		
1563							
1564							
1565	Antonius BANCKIUS, CAPITANEUS. Johan. MORENBERGERUS. Sigismundus PUCHERUS. Johannes SADEWIGIUS.						
1566					Benedictus ROSLERUS.		
1567	Servatius REICHELIVS, CAPITANEUS. Johan. MORENBERGERUS. † Die 9. Febr. Anno Ætatis 65. Albert. SAUERMANNUS, Innior. Sigismundus PUCHERUS. Ioh. HESSUS, Syndicus.	A Die 7. Maji Johannes AURIABERS, Pratit. Theologia D. antea Erfartien- sis Ecclesie Pastor.	Ad Die 6. Maji, Pro Pastor.				
1568	Servatius REICHELIVS, CAPITANEUS. Albert. SAUERMANNUS. Sigismundus PUCHERUS. Ioh. HESSUS, Syndicus.	† Die 19. Octob. Anno Ætatis 52.		A Die 24. Octob. Pro Pastor.	Die 1. April. Anno Ætatis 55.		
1569	Servatius REICHELIVS, CAPITANEUS. † Die 20. Dec. An. Æt. 54. Albertus SAUERMANNUS. Abraham. IENCKWICIVS. Ioh. HESSUS, Syndicus.	A Die 25. Marti. Ætatis HEIDENREI- CHIUS, Leobergensis, Theologia D. antea Suidanicus sis Ecclesie Pastor.	A Die 15. April. PEIRVS VINCENTIVS, Pratit. Phil. M. antea Corticensis Gymnasi Rectos.	Ad D. 24. Marti. Pro. Pastor. A. Die 18. April. Andreas WINCKLERUS, Emeritus Re- ctor.	A Die 18. April. Johannes SCHOLTZIUS.		Davidus RHEINISIVS

E L I S A B E T A N I 13.							
P R Æ C E P T O R E S							
IN ORDINE II.		IN ORDINE III.		IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.	
I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.
Benedictus ROSLERUS, Pratit. Philosoph. M.		Narrivus HOFFMANN, Philos. M.		Johannes FERIIVS,	Lucas POLLIO, Pratit.	Michael HENRICKI.	Adamus MASCHEIVS
			Erasmus RADEWALDUS, Pincensis, M. Sinc. Cantor.				
	Davidus RHEINISIVS, Pratit.				Al D. 8. OB. Pfeffer Diacon. Eli- sabetanus.		
Davidus RHEINISIVS,	Nicolaus SPREINBERGER, Pratit. Philosoph. M. antea Schole Magd. Præcept.				Johannes WOTCOPIIVS.		
Nicolaus SPREINBERG.	Martinus HOFFMANNUS	ERASMVS RADEWALD.	A D. 13. April. Martinus LANGZEUS, Monfbergerg, Philosoph. M.	A D. 15. April. Dominicus TODENGRUND, Franciscianus, Philosoph. M.			

14. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		GYMNASII								
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES						
AN.	PRÆSIDES	PASTOR	RECTOR	IN ORDINE I.						
		I.	II.	III.	IV.	V.	VI.			
1579	Albert SAUERMANNS, CAPITANEVS. Nicolaus REHDIGERVS, Abrah. IENCKVICIVS, Ioh. HESSVS, Syndicus	Esaias HEIDENREICH.	Petrus VINCENTIVS.	Andreas VINCKLERVS,	Iohannes SCHOLTZIVS,	Benaventur. ROSLERVS,	Davides RHEINIIVS,			
1571										Ecclesiastes ad s. Barbara.
1572	Albert SAUERMANNS, CAPITANEVS. † Die 9. Martij, Anno Ætatis 49. Nicolaus REHDIGERVS, Abrah. IENCKVICIVS, Ioh. HESSVS, Syndicus									Ad Diem 10. Octobris. Pöfca. Paßter Bernhald. A Die 25. Dec. Iohannes FLEISCHERVS Fratisl. Philosoph, M. Ecclesiastes Elif. antea Colibri, & Schule Preceptor
1573	Nicolaus REHDIGERVS, CAPITANEVS. Abrah. IENCKVICIVS, Ioh. HESSVS, Syndicus.									Pöfca Schole Magdaleneæ Moderator. Melchior WEIGLERVS
1574	Nicolaus REHDIGERVS, CAPITANEVS. Abrah. IENCKVICIVS, Iohannes PUCHERVS.									† Die 15. Aug. an. Ætat. 72.
1575				† Die 27. Iunii, Anno Ætat. 77.						† D. 15. Aug. an. Ætat. 72.
1576										
1577										
1578			A Die 29. Maji, Nicolaus STRINBERG, Fratisl. Philosoph, M. antea Schole Magdaleneæ Moderator.	A Die 29. Maji, Petrus VINCENTIVS, Emeritus R. tor.						

E L I S A B E T A N I 15.									
P R Æ C E P T O R E S									
IN ORDINE II.			IN ORDINE III.			IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.	
I.	II.	III.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	
Nicolaus STEINBERG.	Martius HOFMANN.	Erasmus RADEWALD.	Martius LANGÆVS.	Dominicus BOGGENBRAND.	Iohannes FERSIUS,	Iohannes WOTCOPIVS,	Michael HENRICK.	Adamus MASCHKIVS	
	Melchior WEIGLERVS Fratisl. Philosoph, M. Ecclesiastes ad s. Barbara.								
A Die 27. Sept. Martius HOFMANN.	A Die 27. Sept. Erasmus RADEWALD.	A Die 27. Sept. Martius LANGÆVS.	A Die 27. Sept. Georgius SEIDELIPIVS, Olavienfis, Philosoph, M.	† Die 15. Iunii, Anno Ætatis 58 Ambrosius MOIRANVS, Fratisl. Ecclesiastes ad s. Salvatoris.			Fridericus SCHOLTZIVS		
							Michael HENRICK.	Esaias HERMANN. Vratislavenfis Ecclesiastes ad s. Salvator, antea Schole Clares. Coll. & Cantar.	
† Die 26. Febr. Anno Ætat. 57.	Martius LANGÆVS.	Georgius SEIDELIPIVS.	Martius WEINRICHIUS.	Iohannes FERSIUS,	† Die 21. November.			Pöfca Schole Magdaleneæ Preceptor, antea Georgius L. r. o.	Simon L. T. R. A., Olavienfis, antea Signator Elisabetan.

E



16. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		GYMNASII										
PRÆSIDES		INSPECTORES.		PROFESSORES								
An.	NICOLAUS REHDIGERVS, CAPITANEVS. Abrahamvs LENCKWICVS. Iohannes PUCHERVS.	PASTOR.	RECTOR.	IN ORDINE I.								
		I.	II.	III.	IV.	V.						
1579	Nicolaus REHDIGERVS, CAPITANEVS. Abrahamvs LENCKWICVS. Iohannes PUCHERVS.	Etiãs HEIDENREICHVS.	Nicolaus STEINBERGERVS.	Petrus IN CENTIUS.	Iohannes FLEISCHERS.	Melchior FRIGLERVS.						
1580				† Die 1. Octobris, Anno Ætatis 62.								
1582				Iohannes FLEISCHERS.	Melchior FRIGLERVS.	Martinus LANGER.						
1583				Ad Diem 3. Sept. Poffica Paffor Magdaleneus.								
1584				A Die 10. Octob. Iohannes SCHOLTZIUS, Iunior, Vratisl. Philofophia M. Ecclefiaſtes Eliſab.								
1585												
1586												
1587	Nicolaus REHDIGERVS, CAPITANEVS. † Die 29. Iunii, Anno Ætatis 62. Abrahamvs LENCKWICVS Iohannes PUCHERVS.											
1588	Abrahamvs LENCKWICVS CAPITANEVS. Iohannes PUCHERVS. Erasmus MULLERVS.											
1589		† Die 26. Aprilis, Anno Ætatis 57. A Die 3. Auguſti, Iohannes FLEISCHERS, Vratisl. Phil. & Theologia D antica Paffor Magdaleneus.		Ad Diem 13. Aug. Poffica Paffor Magdaleneus. A Die 14. Auguſti Chryſoſtomus SCHOLTZIUS, Vratisl. Philofophia M. Ecclefiaſtes Eliſab.								

E L I S A B E T A N I 17.									
P R Æ C E P T O R E S									
IN ORDINE II.			IN ORDINE III.		IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.		
I.	II.	III.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	
Erasmus LADENWALD.	Martinus LANGERVS.	Georgius SEIDELIUS.	Martinus WEINRICHIVS.	Iohannes FERSTVS.	Andreas CALAGIUS.	Georgius LEO.	Simon LITRA.	Adams MASCHEPVS.	
					Vratisl. Philofophia M. antica Schola Magdaleneæ Præceptor.				
	Georgius SEIDELIUS.	Martinus WEINRICHIVS.	Iohannes FERSTVS.	Andreas CALAGIUS.	Andreas FRIGLERVS.				
						† Die 3. Mart. Davides GERHARDVS, Ecclefiaſtes ad S. Salvatoris			
				† Die 25. Febr. Anno Ætatis 55.	Mathæus OSTIUS, Lignitanus.	Poffica Ecclefiaſtes ad XI. Nulle Virginnam Ædem. Adams ESCHNERVS.			
				Martinus FELDTIGIUS, Vratisl.					

18. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		GYMNASII				
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES		
AN.		PASTOR	RECTOR	IN ORDINE I.		
		I.	II.	III.	IV.	V.
1590	Abraham. IENCKWICIVS. CAPITANEVS.	Iohannes FLEISCHERS.	Nicolaus STEINBERGERVS.	Christophorus SCHOLTZIVS.	Melchior WEGELERS.	Martius LANGERS.
1591 1592	Abraham. IENCKWICIVS. CAPITANEVS. Iohannes PUCHERVS. † Die 9. Maji Anno. Et 65. Erasmus MULLERVS.					
1593	Abraham. IENCKWICIVS. CAPITANEVS. Erasmus MULLERVS.	† Die 4. Maji, Anno. Etatis 54.		A Die 5. Maji, Pro Pastor.		
1594						
1595						
1596					† Die 2. Martii, Anno. Etatis 50. Georgius SEIDELIVS.	† Die 29. Iulii, Anno. Etatis 59. Martius WEINRICHIUS.
1597						
1598						
1599						
1600	Abraham. IENCKWICIVS. CAPITANEVS. Ioh. Baptista SCHWARIVS.					
1601						
1602						

19. ELISABETANAE									
PRÆCEPTORES									
IN ORDINE II.			IN ORDINE III.		IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.		
I.	II.	III.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	III.
FRANZ RADEWALD.	Georgius SEIDELIVS.	Martius WEINRICHIUS.	Martius HELVIGIVS.	Matthias OSTIVS.	Adams ESCHNER.	Georgius LEO.	Simon LYRA.	Adams MÄSCHERUS.	
† Die 7. Ian.	Martius WEINRICHIUS.	Martius HELVIGIVS.	Matthias OSTIVS.	A Die 1. Iulii. Nicolaus POLTYS. Vratil. Icellescher ad S. Salvator. Ad D. 21. Ian. Post Decemv. Bernhardinung. Georgius HINDENITHUS Vratil.			Cantor.		
Andreas IONAS.	Martius HELVIGIVS.	Georgius LEO.					Dachius STORPVS.		
† Die 9. Ian. An. Etatis 55. A Die 25. Ian. Melchior OSTIVS. Lagiceus.							Postea Monach. Pincetiv. Cancellarius. Simon LYRA Cantor.	Iohannes GLISSENBERG.	
							† Die 25. Febr. An. Etatis 54. Michael STRIGELIVS. Cantor.		
								A Die 6. Maji Franciscus JUNGENITIVS. Vratil.	

20. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		GYMNASII					ELISABETANI												
PRÆSIDES		INSPECTORES.		PROFESSORES					PRÆCEPTORES										
AN.	CAPITANEVS.	PASTOR.	RECTOR.		IN ORDINE I.					IN ORDINE II.		IN ORDINE III.		IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.			
			I.	II.	III.	IV.	V.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.				
1603	Abrahamus IENCKVICIVS. CAPITANEVS. Ioh. Baptista SCHWABIVS.			Niclaus SPRAINBERGERVS.	Christophorus SCHOLTZIVS. Pro-Pastor.	Georgius SEIDELIVS.	Marinus WEINRICHIIVS.				Andreas IONAS.	Martinus HELVIGIVS.	Georgius LEO.	Martianus OSTIVS.	Georgius HINDEMITHVS.	Melchior OSTIVS.	Michael STRIGELIVS.	Franciscus IUNGENITIVS.	Adamus MASCHKIVS.
1604	Abrahamus IENCKVICIVS. CAPITANEVS. Ioh. Baptista SCHWABIVS. Daniel HESLERVS.																		
1605																			
1606	Abrahamus IENCKVICIVS. CAPITANEVS. † Die 24. Sept. An. Æt. 69 Adamus DOBSCHVICIVS. Ioh. Baptista SCHWABIVS.																		
1607	Adamus DOBSCHVICIVS. CAPITANEVS. Ioh. Baptista SCHWABIVS. Daniel HESLERVS.																		
1608																			Niclaus SARTORIVS.
1609																			
1610				† Die 27. Maji. Anno Ætatis 67. A Die 5. Augusti, Petrus KIRCHENVIIVS, Vratislaviensis, Phil. & Med. D.															

22. VRATISLAVIENSIIUM SCHOLARUM			GYMNASII						ELISABETANI																
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES						PRÆCEPTORES															
An.	PASTOR		RECTOR		IN ORDINE I.						IN ORDINE II.			IN ORDINE III.			IN ORDINE IV.			IN ORDINE V.			IN ORDINE VI.		
	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	L.	II.	III.	L.	II.	L.	II.	L.	II.	L.	II.	L.	II.	L.	II.	L.	II.		
1611	Adamus Donschucius, CAPTANEUS. Ioh. Baptista SCHWABUS. Daniel HESLERUS.	A Die 12. Junii. Zacharias HERMANNUS Præsit. Phil. & Theol. D. antea Diaconus Magdalenus.	Petrus KIRSTENIUS.	Christophorus SCHOLZIVS. Pro Paßer. † Die 15. Febr. Anna Aetat. 50. A Die 29. Julii Davidus EREMSIUS. Frantz. Eclesiastes Elisabitanus antea Schola Magdalenæ Præceptor & Eclesiastes ad S. Barbara.	Georgius SEIDELIUS.	Isacius TSCHEONBERGUS. Eclesiastes ad S. Barbara.	Petrus GOTIARDUS.	Franciscus LANGENIT.	Martinius HELVIG.	Andreas FRANCK.	Michael STRIGEL.	Colobredo WAGNER.	Georgius HINDERS MITIUS.	Melchior OSTIUS.	Jacobus MALLEOLP.	Johannes ROSENBERG.	Johannes CAMERARIUS.	Johannes FRANCKIUS.	Johannes MASCHKIVS.						
1612	Adamus Donschucius, CAPTANEUS. Ioh. Baptista SCHWABUS. Daniel HESLERUS. Johannes HAUMOLDUS.																								
1613																									
1614	Adamus Donschucius, CAPTANEUS. Daniel HESLERUS. Johannes HAUMOLDUS. Christophorus POLIUS.																								
1615																									
1616	Adamus Donschucius, CAPTANEUS. Johannes HAUMOLDUS. Christophorus POLIUS.	Postea Professor Academice Upsa liensis in Suecia. A Die 29. Oct. Thomas SAGITTARIUS. Scandalensis Marchicus Philosophia M. antea Philologus Professor theol. sic.																							

G

VRATISLAVIENSIVM SCHOLARUM		GYMNASII						ELISABETANI											
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES						PRÆCEPTORES									
An.	Adamus DOBSCHÜCIUS, CAPITANEUS.	PASTOR RECTOR		IN ORDINE I.						IN ORDINE II.		IN ORDINE III.		IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.		IN ORDINE VI.	
		I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.		
1617	Johannes HANOLDUS, †. Die 31. Decembris. Anno ætatis 61. Christophorus POLENIUS.	Zacharias HERMANNVS.	Thomas SAUITARIUS.	Devides RHEINISVS.	Georgius SEIDLERS.	Ieremias TSCHEONDERVS.	Petrus GOTHARDVS.	Franciscus SPENGE-REITER.	Gabriele VAGNER.	Daniel FRANK.	Johannes ROESNERVS.	Nicholas OSTIENS.	Ad. 4. Martii Ambrosius PRORIVS, Præsil.	Johannes CAMERARIUS.	Matthaus NETERVS.	† Die 2. Ian. Davidis FICHERVS.	Johannes SOPHVS.		
1618	Adamus DOBSCHÜCIUS, CAPITANEUS. Iosephus FURSTIUS. Christophorus POLENIUS.										Postea Schola Magdalena Præcipit. A Die 4. Dec. Johannes LAURENTIUS, Ecclesiastes ad Salvator.		Ad D. 3. Dec. A D. 4. Dec. NETERVS.		Ad D. 3. Dec. A D. 4. Dec. LISCHNER.		Daniel SCHWARTZBACHVS, Præsil.		
1619	Adamus DOBSCHÜCIUS, CAPITANEUS. Iosephus FURSTIUS. Christophorus POLENIUS. Paulus NEUMANNUS.		I. U. Dv. Av.														Postea Ecclesiastes in Pogo A D. 26. Sept. Gabsfriedus HELMSTETER.		
1620	Adamus DOBSCHÜCIUS, CAPITANEUS. Iosephus FURSTIUS, †. Die 27. Iulii. Anno ætatis 55. Christophorus POLENIUS. Paulus NEUMANNUS.																		
1621	Adamus DOBSCHÜCIUS, CAPITANEUS. Adamus SEBSTIUS. Christophorus POLENIUS. Paulus NEUMANNUS.		† Die 21. Aprilis. Anno ætatis 44. A Die 25. Iulii. Nichol. POLLIUS, Præsil. Philosoph. M. antea Schole Magdalene Moderator.				Ad D. 26. Iul. Postea Schola Magdalena Moderator. Successorem in Gymnasio nullum concessimus.			Ad D. 18. April. April. Postea Ordinarium Advocatus Vratislav. A D. 19. April. Johannes LAPRENTIUS.	Ad D. 18. April. April. Nicholus OSTIENS. Berschberg, Philosoph. M.	Ad D. 18. April. April. Johannes Berschberg, Philosoph. M.							
1622													Postea Schola Magdalena Præcipit. A D. 23. Febr. A D. 23. Febr. Matthaus NETERVS.	Ad D. 22. Febr. A D. 23. Febr. LISCHNER.	Ad D. 22. Febr. A D. 23. Febr. FICHERVS.	Ad D. 22. Febr. A D. 23. Febr. HELMSTETERVS.	Ad D. 22. Febr. A D. 23. Febr. HINDEMIT.		
1623																			

26. VRATISLAVIENSIVM SCHOLARVM		GYMNASII							
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES					
An.		PASTOR	RECTOR	IN ORDINE L.					
		I.	II.	III.	IV.	V.			
1624	Adamus DOBSCHUCIUS, CAPITANEUS. † Die 6. Decembris, Anno Ætatis 67. Adamus SEBISIUS. Christophorus POLEIUS. Paulus NEUMANNUS.	Zacharias HERMANNVS.	Nichael POLLIVS.	Davidus RHENISIVS.	Gargius SEBELIVS.	Elias MAIOR.			
1625	Adamus SEBISIUS, CAPITANEUS. Christophorus POLEIUS. Iohannes VOGTIUS. Paulus NEUMANNUS.								
1626					† Die 6. Maji, Anno Ætatis 77. A Die 15. Iulii, Nichael Elias MAIOR.	Ad Diem 14. Iulii, A Die 15. Iulii, Nichael CÆLIVS, Garzens. Pomeranus, Philosophia M. antea Schola Neapoli- tana Moderator.			
1627									
1628									
1629	Adamus SEBISIUS, CAPITANEUS. Christophorus POLEIUS. Theodoricus GARZIUS. Paulus NEUMANNUS.								
1630									

27. ELISABETANI											
PRÆCEPTORES											
IN ORDINE II.		IN ORDINE III.			IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.		IN ORDINE VI.		
I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.
Franciscus FRONCKE.	Gothofredo WAGNER.	Iohannes LAFRAN- TIVS.	Melchior OSTIVS.	Matthaus NETERVS.	Iohannes CAMERA- RIVS.	Iohannes LISCHNER.	Davidus FICHERVS.	Gothofredo HELMSTEDT. Ad D. 7. Nov. Posta Ecclesiastes Schmoecken. A D. 26. Iulii, Iohannes BARTHIVS. Nimonicus. Ad D. 7. Nov. A D. 1. Nov. Christophorus GIERTHIVS.	Iohannes HINDENIT. Ad D. 1. Iulii, Posta Zythopola Vratislaviensis. A D. 26. Iulii, Iohannes BARTHIVS. Nimonicus. Ad D. 7. Nov. A D. 1. Nov. Christophorus GIERTHIVS.	Officio remu- clarum Em- eritius.	Postea Ecclesiastes Brisicus.
								A Die 2. Iulii, Samuel CLIPELIVS.		A D. 27. Febr. Iohannes KEMPIVS.	
				A D. 15. Dec. an. Æt. 42.	A D. 15. Dec. Iohannes LISCHNER.	A D. 15. Dec. Davidus FICHERVS.	A D. 15. Dec. Samuel CLIPELIVS.	A Die 15. Dec. Iohannes ÆNISIVS, Saguenensis. antea Schola Magdalena Præceptor.		A D. 27. Febr. Caspar SAMP- ACHIVS.	
				†. D. 23. Novemb. an. Æt. 40.							
				A Die 20. Februarii, Melchior OSTIVS.	A Die 20. Febr. Iohannes SITSCHEVS, Vrat. Phil M. antea Schola Magd. Præcept. ad D. 15. Dec. post Theologus Freiburgensis.						
					A Die 17. Dec. Caspar FRETERVS, Vrat. Phil. M. antea Schola Magdal. Præcept.						

H

30. VRATISLAVIENSIIUM SCHOLARUM		GYMNASII					E L I S A B E T A N I													
PRÆSIDES		INSPECTORES		PROFESSORES					PRÆCEPTORES											
Anno	PRÆSES.	PASTOR RECTOR.		IN ORDINE I.					IN ORDINE II.		IN ORDINE III.		IN ORDINE IV.		IN ORDINE V.		IN ORDINE VI.			
		I.	II.	III.	IV.	V.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.	I.	II.				
